



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

De Iustini creatione, & eius moribus. Ca. I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

111

EVAGRII SCOLASTICI, ECCLESIASTICAE HISTORIAE LIBER

QVINTVS.

De Iustini creatione, & eius moribus. Cap. I.

Vide Cus.



Vstinianus igitur cū omnia omnino turba ac tumultu cōpleuisset, mercedemq; his rebus debitam in extremo vitæ suæ tempore reportasset, ad supplicia iusto dei iudicio apud inferos luenda profectus est. Iustinus aut fororis eius filius, qui præfectus palatii fuit, purpura induitur imperatoria, cū nemo præter suos, vel Iustinanū mortē oppetuisse, vel eum imperatorem declaratū esse, vsq; eo intelligeret, quoad in circo munera, quæ ius imperij postulat, tum ipse exqueretur, tum alij ei præstarent. Itaq; his rebus confectis, cū nemo omnino esset, qui nouis rebus studeret, ad aulam reuertitur. Ac primū dat mandatum, vt omnes episcopi & sacerdotes, qui ex omnibus locis in vnum Constantinopoli conuocati erant, ad suas ipsorum dimitterentur sedes, vti consuetos cultus Deo sanctè religioseque adhiberent: nemoque quicquam quod ad fidem pertineret, nouare moliretur. Atque istud eius factū in laudē ponendū est. Verūm quod ad vitæ eius rationem attinet, delictijs reuera diffluxit & mollitiæ, in voluptatibus obscenis volutatus, alienæ pecuniæ adeo ardentè appetens, vti omnia iniqui quæstus gratia diuenderet: imò vero etiam ipsa sacerdotia, diuinum numen minime reuerens, plebeijs hominibus venalia palam exponeret. Quinetiam audacia & timiditate duobus vitijs contrarijs irretitus, primū Iustinū cognatū, virū in magna gloria apud omnes, tum ob reū bellicarū vsū, tū ob alia ornamenta, iā circiter Danubiū ideo cōmemorātem, vt Abaros, ne eo flumine traiecto in fines Romanorū irrumperent, prohiberet, ad se accersit. Isti Abai, sunt ex

Pli. li. 4.
cap. 12.

sunt ex gente Scytharum, qui Hamaxobij dicuntur, quiq; agros vltra Caucasum iacentes accolunt, oriūdi. Qui Turcas vicinos suos, ab illis grauibus affecti incōmodis, cū omnibus suis fugientes, primum ad Bosphorū venerunt: de inde litoribus Euxini Ponti relictis, (vbi multæ gētes Barbaræ habitabant illæ quidem, sed vires & castella à Romanis incolebantur, atq; eò tū nōnulli milites rude donati ad uentauerant, tum coloniæ erant de imperatorū sentētia deductæ) recto itinere cōtenderunt, oībus barbaris qui ante pedes erāt vsq; eò expugnatis quoad Danubij ad litora peruenirēt: vnde legatos miserūt ad Iustinianū. Ex eo loco Iustinus accersebatur, eo nomine videlicet, vti cōditionibus inter ipsum & imperatorē Iustinū pactis frueretur. Nā quoniam ambo in simili vitæ splēdore positi videbātur, & imperiū ad vtrūque spectare, post magnam de rerū summa disceptationem & controuersiam, conuenit inter eos, vt vter illorū ad imperij honorem ascenderet, alteri deferret secundas, eatenus quidem, vti licet secundas ab imperatore, præceteris tamen omnibus primas obtineret.

De Iustini cognati sui occisione.

Caput II.

Quapropter Iustinus imperator beneuolētia quadā frōte simulata alterū Iustinū cōplectitur, & criminibus paulatim cōtra eū cōfictis, & satellitibus, militibus prætorianis, ac stipatoribus ab eo remotis, vetat, quò minus in publicum prodiret (domi enim assiduè se continuit) & tandem madata Alexandriam transportandum. In qua vrbe, nocte intempesta, cum iam decumberet in lecto, miserandum in modum interemptus est: illaque mercede tum ob beneuolentiā in rempub. tum ob res præclare in bello gestas remuneratus. Atque non prius imperatoris eiusque coniugis furor, & iracundiæ flamma restincta fuit, quam caput eius ceruicibus abscissum oculis cernerent, inque illud calcibus insultarent.

De execrabilibus Addeo & Aetherio.

Caput III.

Pp z

Non lon z